Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Excommunicationes nulli reseruatæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

qui recipiunt. Greg. XIII. Non videntur autē incidere, niſi qui intrant prætextu alicuius licentiæ datæ à Superiore. Conſulatur tamen vſus, qui legem ſolet interpretari.
*Greg. } Quæ eſt 36.
16 Ad duellum admittentes, prouocantes, permittentes, intereſſentes, facientes, dantes auxilium, conſilium, aut fauorem. Excipiuntur verò Reges, in Bulla Pij IV. comprehenduntur verò in *Conc. Trid ſeſſ. 25. c. 19.* Vide extenſionem in Conſtit. Greg. XIII. & Clementis VIII.

Excommunicationes nulli reſeruatæ.

1. POteſtates ſæculares imponentes tributa Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticis perſonis, ſi moniti non deſiſtant. Capit. Non minus, de immun. Eccl. Oportet verò monitionem habere competentem dilationem. Vide ſupra in Bulla Cœnæ.
2 Extorquentes gabellam per ſe, vel per aliū ab Eccleſiaſticis, aut ab eorum rebus nō portatis ad negotiandum. *Cap. Quanquam de cenſib. lib. 6.* Non eſt autem negotiari, bona ſua vendere.
3 Domini temporales prohibentes ſubditis vendere ſua Clericis, aut præſtare officia *Capitulo finali de immun. Eccleſ. lib. 6.*
4 Facientes ſeruari ſtatuta aut conſuetudines contra libertatem Eccleſiaſticam, id-
eſt,

eſt, Eccleſiæ vniuerſæ conceſſam. *Cap. Nouerit de ſent. Excomm.* Nec ſunt ſtatuta, contra libertatem, quæ moderantur expenſas funerum in ijs, quæ non applicantur Eccleſiæ, nec cõcernunt diuinum cultum, vel animarum ſuffragium, ſed mundanas pompas. *Syl. Immunitas 1. n. 10. cum Io. de Imol. & Panor.*

5 Raptores mulierum, vel conſilium, fauorem, vel auxilium dantes, *Conc. Trid.*

**Trid. ſeſſ. 14. c. 6. de refor.*

6 Intrantes ſepta Monialium ſine Epiſcopi, aut Superioris licentia in ſcriptis. *Trid. Conc.*

*Trid *ſeſſ. 25. c. 5. de Regul.*

Sed hæc iam eſt Papæ reſeruata per Greg. XIII. Conſt. 36.

7 Clerici indignitate, aut Perſonatu, aut Sacerdotes audientes Ius Ciuile aut Medicinã per duos menſes, niſi audiant vt Ius Canonicum melius intelligant. *Cap. ſuper ſpecula. Ne Clerici, vel Monachi. Vide Ioan. Andr. & Hoſt. ibid.*

8 Doctores qui Religioſum dimiſſo habitu docent leges, aut Medicinam. *Cap. Ne Clerici, vel Monachi, lib. 6.*

9 Religioſi habitum temerè relinquentes. *Ibidem.* Secus ſi ex cauſa rationabili, aut ſine peccato mortali, aut alio non aſſumpto, aut aſſumpto, ad breue tempus.

10 Contrahens ſcienter de præſenti cum cõſanguinea, vel affine in gradu prohibito, vel cum

eum Religioſa, vel Religioſus profeſſus, aut Clericus in ſacris, & qui tale matrimonium celebrat ſcienter, *Clem. 1. de conſang. & affin.* Excuſat ignorantia, etiam craſſa, (requiritur enim dolus) itemque timor grauis, & abſolutus, vt ait *Syl. verſ. excomm. 9. n. 88. Nau. ca. 27. n. 141. Glo. eiuſ. Clem. ver. Matrimonialiter.*

11 Cogens aliquam minus liberè contrahere matrimonium, *Trid. ſeſſ. 24. c. 9.* Intelligitur id de Dominis, aut Magiſtratibus, exteriorẽ iuriſdictionem habentibus.

12 Impediens ſine cauſa fœminam velum accipere, vel profiteri; vel cogens Monaſterium ingredi, aut profiteri; vel id conſilio, aut aliter adiuuans. *Concil Trident.*

Trid. ſeſſ. 25. c. 18. de Regul.

13 Concedens in terra ſua locum ad duellũ, item patrini, certantes, conſulentes, & ſpectantes. *Trid. ſeſſ. 25. c. 19. de refor.*

14 Ex condicto duellum facientes ſtatuto tempore & loco, etiam ſine patrinis, & chartellis, & loci ſecuritate, & Domini permittẽtes, aut non prohibentes, & quouis modo adiuuans, & ex compoſito ſpectator, vel ſocius, etiamſi illi ad locum accedentes non potuerint pugnare. *Greg. XIII.*

*Vide *Nau. c. 27. n. 150.*

14 De duello facit etiam *Clem. VIII.* eandem prohibitionem: tu vide: nec enim animus eſt huc omnia cõgerere, præſertim cenſuras, quę

ſunt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſunt penè infinitæ.

*Clem. VIII.} *Illius vices &c. lata anno 1592. ibid. Kal. Sep. Pontif. anno 1.*

Exemptus.

1. EXemptus de licentia Superioris poteſt Epiſcopo ſe ſubdere, vt ab eo abſolutionem, vel diſpenſationem, qua indiget, obtineat.

*De exempto multa *Syl. 5. emptio.*

Vide Ang. Exemptus. nu. 6.

Exilium.

1. EXilio perpetuo dãnatus, dicitur deportatus, qui autem ad tempus, relegatus.

2 In exilium non poteſt pater filium mittere.

Extrema Vnctio.

1. DAnda eſt etiam amenti ſi petierat, aut petiuiſſet ſi cogitaſſet, aut oſtenderat ſignum doloris, niſi ſit periculum irreuerentię. Quod ſi erat excommunicatus, abſoluatur prius ab excommunicatione.

**Nau. c. 22. num. 13. Vict. num. 84.* Phrenetico etiam, ſi ſana mente petit. *Sot. d. 23. q. art. 2.* Perpetuò amentibus non danda. *Sot. l. c. D. Tho. add. q. 32. art. 3.* in lucido interuallo tantũ cam concedit.

2 Non ſolet dari pueris, niſi ætate qua communicant: ſufficit tamen ætas qua poſſunt peccare.

*Bellar.